

D. IUSTINIANI ⁽¹⁾
SACRATISSIMI PRINCIPIS, ⁽²⁾
CODICIS
REPETITAE PRAELECTIONIS ⁽³⁾
LIBER PRIMUS ⁽⁴⁾

LIBRO PRIMERO
DE LA SEGUNDA EDICIÓN
DEL
CÓDIGO
DEL SACRATÍSIMO PRÍNCIPE SEÑOR JUSTINIANO

TIT. I

DE SUMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA,
ET UT NEMO DE EA
PUBLICE ⁽⁵⁾ CONTENDERE ⁽⁶⁾ AUDEAT ⁽⁷⁾

1. *Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS, et THEODOSIUS AAA.* ⁽⁸⁾ *ad populum urbis Constantinopolitanae.*—Cunctos populos, quos clementiae nostrae regit imperium, in tali volumus religione ⁽⁹⁾ versari, quam divinum ⁽¹⁰⁾ Petrum apostolum tradidisse Romanis, religio usque adhuc ⁽¹¹⁾ ab ipso insinuata declarat, quamque pontificem Damasum sequi claret, et Petrum, Alexandriae episcopum, virum apostolicae sanctitatis, hoc est, ut secundum apostolicam disciplinam evangelicamque doctrinam Patris et Filii et Spiritus sancti unam deitatem sub pari maiestate et sub pia Trinitate credamus.

§ 1.—Hanc legem sequentes Christianorum catholicorum ⁽¹²⁾ nomen iubemus amplecti, reliquos vero dementes vesanosque iudicantes haereticorum infamiam sustinere, divina primum vindicta, post etiam motus ⁽¹³⁾ nostri, quem ex coelesti arbitrio sumserimus, ultione plectendos.

Dat. III. Kal. Mart. Thessalonicae, GRATIANO V. et THEODOSIO ⁽¹⁴⁾ AA. Conss. ⁽¹⁵⁾. [380.]

TÍTULO I

DE LA TRINIDAD ALTÍSIMA, Y DE LA FÉ CATÓLICA,
Y DE QUE NADIE SE ATREVA
Á DISCUTIR SOBRE ELLA EN PÚBLICO

1. *Los emperadores GRACIANO, VALENTINIANO y TEODOSIO, Augustos, al pueblo de la ciudad de Constantinopla.*—Queremos que todos los pueblos, que rige el imperio de nuestra clemencia, profesen aquella religión que enseñó á los romanos el divino apóstol Pedro, según declara hasta hoy la propia religión por él mismo predicada, y que es manifiesto que siguen el Pontífice Dámaso, y Pedro, obispo de Alejandría, varón de apostólica santidad, esto es, que creamos conforme á la disciplina apostólica y á la doctrina evangélica en la sola deidad del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo, con igual majestad y en piadosa Trinitad.

§ 1.—Mandamos que los que observen esta ley abracen el nombre de cristianos católicos, y que los demás locos ó insensatos que estimen sustentar la infamia del dogma herético, deberán ser castigados primeramente por la vindicta divina, y después también con la pena de nuestra resolución, que por celestial arbitrio tomemos.

Dada en Tesalónica á 3 de las Calendas de Marzo, bajo el quinto consulado de GRACIANO y el de TEODOSIO, Augustos. [380.]

(1) In nomine domini nostri Iesu Christi, anteponen los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf. Cont. 62.; in xpi nomine, ms. Cas.

(2) perpetui Augusti, añaden ms. Pl. 2., ed. Schf. Cont. Char. Pac. Sp.

(3) Ms. Pl. 2., Hal. Russ. Cont. Char. Pac. antes de D. Iustiniani ponon codici, que de este modo queda muy distante de las palabras repetitae praelectionis, en lugar de las que Hal. Russ. leen ex repetita praelectione.

(4) incipit feliciter, añaden mms. Pl. Gt., ed. Cont. Char. Pac.

(5) plus, ms. Pl. 1.

(6) contemnere, ms. Pl. 1.; disputare, ms. Gt.

(7) vel contendat, añade ms. Gt.

(8) Los mms. Pist. Vat. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg. Hal. Russ.

Cont. 62.; edictum, añaden Cont. 66. y los demás, Theod. C., Ans.

(9) racione, ms. Bg.

(10) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62., Theod. C., Ans.; divum, Cont. 66. y los demás.

(11) nunc, Theod. C. y Ans.

(12) catholicorum, falta en Ans.

(13) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Ans., Theod. C., Cont. 62.; animi, añaden las ed. Schf. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66. y las demás.

(14) 1., añaden Russ. Cont. 62. Bk.

(15) La indicación de la fecha falta en el ms. Cas., Hal.; hallase en Russ. y los demás. El ms. Pist. dice: thesi grat. V. et theod. aaa.

2. Idem AAA. (1) EUTROPIO P. P. — Nullus haereticis mysteriorum (2) locus, nulla ad exercendam (3) animi obstinationis dementia pateat occasio. Sciant omnes, etiamsi quid speciali quolibet rescripto per fraudem elicit ab huiusmodi hominum genere impetratum sit, non valere. Arceantur cunctorum haereticorum ab illicitis congregationibus turbae; unius et summi Dei nomen ubique celebretur; Nicaenae fidei dudum a maioribus traditae; et divinae religionis testimonio atque assertionem firmatae; observantia semper mansura teneatur (4).

§ 1.—Is autem Nicaenae assertor fidei et catholicae religionis verus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum et Christum filium Dei uno nomine confitetur, Deum de Deo, lumen de lumine, qui Spiritum sanctum, quem (5) ex summo rerum parente et speramus et accipimus (6), negando non violat, apud quem intemeratae fidei sensus (7) viget et (8) incorruptae Trinitatis indivisa substantia, quae Graeco verbo *οὐσία* (9) recte credentibus dicitur. Haec profecto nobis magis probata (10), haec veneranda sunt.

§ 2.—Qui vero non iisdem inserviunt, desinant affectatis dolis alienum verae religionis nomen assumere, et suis apertis criminibus denotentur, atque ab omni (11) submoti ecclesiarum limine penitus arceantur, quum omnes haereticos illicitas agere intra oppida congregationes vetemus. Ac (12) si quid eruptio factiosa tentaverit, ab ipsis etiam urbium moenibus exterminato furore propelli iubemus, ut cunctis orthodoxis episcopis, qui Nicaenam fidem tenent, catholicae ecclesiae toto orbe reddantur.

Dat. (13) IV. Id. Ian. (14) CP. FL. EUCHERIO (15) et FL. SYAGRIO (16) Conss. [381.]

3. Impp. THEODOSIUS et VALENTINIANUS AA. HORMISDAE PP.—§ 1.—Sancimus, ut omnia, quaecunque Porphyrius sua pulsus insania, aut quivis alius contra religiosum Christianorum cultum conscripsit, apud quemcunque inventa fuerint, igni tradantur. Omnia enim scripta provocantia Deum ad iracundiam et pias mentes offendentia, ne ad aures quidem hominum venire volumus.

§ 2.—Praeterea sancimus, ut qui affectant impiam Nestorii fidem, vel nefariam eius doctrinam sectantur, si episcopi vel clerici sint, ab ecclesiis eiiciantur, sin laici, anathematizentur; licentiam habituris orthodoxis, qui volunt et piam nostram legislationem sequuntur, absque metu et damno eos propalare et accusare.

(1) AA., ms. Pl. 1., ed. Nbg. Cont. 66 71 76. Char. Pac.
(2) Bas., coll. constit. eccles. I. 1. 2. (Voelli bibl. II. p. 1332.), Theod. C. requieren mysteriorum, que, según anota Cont. 62, al margen, se lee en la mayor parte de los libros; ministeriorum, todas las ed. excepto la de Bk.

(3) exercendi. Theod. C.
(4) Los mms. Bg. Pl. 2., Theod. C.; observantiam—mansuram teneatis, ms. Pl. 1. Ans.; observantia—mansura teneat, todas las ed.

(5) qui id quod, Theod. C.; a quo id quod, según conjetura al margen Cont. 71.

(6) parente speramus, accipimus, Theod. C.

(7) sensu, Theod. C.

(8) et. falta en los mms. Pl. 1. Gt. Rg., ed. Schf. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62., Theod. C.

(9) Theod. C., Bas., Cont. 62. 76., cuya lectura confirman

2. Los mismos Augustos á EUTROPIO, Prefecto del Pretorio.—No tengan los hereges local alguno para sus misterios, ni ninguna ocasión para practicar la insensatez de su tan obstinado ánimo. Sepan todos, que, aun cuando fraudulentamente se haya impetrado en cualquier especial rescripto por esta clase de hombres alguna concesión, no es válida. Expúlsense de las ilícitas reuniones las turbas de todos los hereges; célebrense en todas partes el nombre del único y sumo Dios; guárdese la observancia por siempre duradera de la fé de Nicea, ya transmitida por nuestros mayores, y afirmada con el testimonio y la confesión de la religión divina.

§ 1.—Mas ha de ser considerado confesor de la fé Nicena y verdadero observador de la religión católica, el que confiesa á Dios omnipotente y á Cristo hijo de Dios bajo un sólo nombre, Dios de Dios, luz de luz, el que, negándolo, no ofende al Espíritu Santo, que esperamos y recibimos del sumo padre de las cosas, aquel en quien están vivos el sentido de la fé no violada, y la indivisa substancia de la incorrupta Trinidad, que entre los buenos creyentes se dice *οὐσία* [esencia] con una palabra griega. Estas creencias son en realidad para nosotros las más probadas, y las dignas de veneración.

§ 2.—Mas los que no las siguen, dejen de apropiarse con afectados engaños el nombre, que no les pertenece, de la verdadera religión, sean designados por sus crímenes manifiestos, y alejados de todo acceso á las iglesias sean en absoluto expulsados de ellas, como quiera que prohibimos á todos los hereges celebrar dentro de las poblaciones reuniones ilícitas. Y si una irrupción facciosa hubiere intentado alguna cosa, mandamos que sofocado su furor sean expulsados hasta del recinto de las mismas murallas de las ciudades, para que en todo el orbe sean restituidas las iglesias católicas á todos los obispos ortodoxos, que profesan la fé de Nicea.

Dada en Constantinopla á 4 de los Idus de Enero, bajo el consulado de FLAVIO EUQUERIO y de FLAVIO SIAGRIO. [381.]

3. Los emperadores TEODOSIO y VALENTINIANO. Augustos, á HORMISDA, Prefecto del Pretorio.

—§ 1.—Mandamos que sea echado al fuego, luego que en poder de cualquiera hubiere sido hallado, todo lo que Porfirio, impulsado por su locura, ú otro cualquiera escribió contra el religioso culto de los cristianos. Pues queremos que no llegue siquiera á oídos de los hombres ninguno de los escritos que provocan la ira de Dios y ofenden las conciencias piadosas.

§ 2.—Mandamos también, que los que son afectados á la impia fé de Nestorio, ó siguen su nefanda doctrina, sean expulsados de las iglesias, si fuesen obispos ó clérigos, y anatematizados, si fuesen legos; debiendo tener facultad los ortodoxos, que quieren y siguen nuestra piadosa legislación, para denunciarlos y acusarlos sin temor ni riesgo alguno.

también los vestigios de la palabra griega en los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg. y ed. Schf.; *ὑποκρίτων*, ed. Nbg.; *ὑποκρίτας*, Hal. Russ.; *ὑποκρίτας*, Cont. 66. 71. Char. Pac.; *ὑποκρίτας*, Sp. Bk.

(10) Los mms. Pl. 1. 2., ed. Schf., Theod. C.; *ὁμολογία*, Bas.; probanda, todos los demás libros.

(11) omnium, mms. Pl. 1. 2., Theod. C., Ans.; pero *ἐκ πάντων τῶν τῆς ἐκκλησίας πρεσβυτέρων*, Bas.

(12) Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Nbg. Cont. 62.; *xxi*, Bas.; haec, ms. Pl. 2.; at, ed. Schf. Hal. y las demás.

(13) La indicación de la fecha falta en el ms. Pist., ed. Hal. Russ.; hallase en Cont. y en los demás.

(14) Iac. Gothofr. opina que se ha de escribir Iun., ó Iul.

(15) Theod. C., ed. Bk.; Eucherio, Cont. con los demás.

(16) CC., añaden Cont. 66. y los demás, excepto Bk.

§ 3.—Quoniam vero pervenit ad pias nostras aures, a quibusdam doctrinas conscriptas fuisse et editas ambiguas neque accurate congruentes orthodoxae fidei, expositae a sancta synodo eorum sanctorum patrum, qui Nicaeae et Ephesi conveniunt, et a Cyrillo pia memoriae, magnae Alexandriae civitatis quondam episcopo, iubemus, huiusmodi scripta, sive antea sive nunc facta, potissimum autem ea, quae Nestorii sunt, comburi et perfecto interitui tradi, ita ut in nullius cognitionem veniant; his qui talia scripta aut tales libros habere aut legere sustinuerint, ultimum supplicium experturis; ceterum nulli patere licentiam, praeter fidem, ut diximus, Nicaeae et Ephesi expositam, aliquid dicere vel docere.

Dat. XIV. Kal. Mart. CP. ZENONE et POSTUMIANO Cons. [448.] (1).

4. Imp. MARCIANUS A. Palladio P. P. (2)—Nemo clericus, vel militans (3), vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publice turbis coadunatis et audientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus et perfidiae occasionem requirens. Nam (4) iniuriam facit iudicio reverentissimae synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita revolvere et publice disputare contenderit, quum ea, quae nunc de Christiana fide a sacerdotibus, qui Chalcedone convenerunt, per nostra praecepta statuta sunt, iuxta apostolicas expositiones, et instituta sanctorum patrum trecentorum decem et octo (5), et centum quinquaginta, in hac regia urbe (6) definita esse noscuntur (7). Nam in contemtores huius legis poena non deerit, quia non solum contra fidem vere expositam veniunt, sed etiam Iudaeis et paganis ex huiusmodi certamine profanant veneranda mysteria. Igitur si clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, a consortio clericorum removebitur; si vero militia praeditus sit, cingulo spoliabitur; ceteri etiam (8) huiusmodi (9) criminis rei, si quidem liberi sint, de hac sacratissima urbe expellentur, pro vigore iudiciario etiam competentibus suppliciis (10) subingandi, si vero servi, severissimis animadversionibus plectentur.

Dat. VIII. Kal. Febr. Constantinop. SPORACIO Cons. [452.] (11).

5. Imp. IUSTINIANUS ad omnes subditos.—Quum recta atque irreprehensibilis fides, quam

§ 3.—Y habiendo llegado á nuestros piadosos oídos, que por algunos se escribieron y publicaron doctrinas ambiguas y no del todo congruentes con la fé ortodoxa, expuesta por el santo sínodo de los santos padres, que en Nicea y en Efeso se reunieron, y por Cirilo de piadosa memoria, obispo que fué de la gran ciudad de Alejandria, mandamos que tales escritos, hayan sido compuestos ó antes, ó ahora, y principalissimamente los de Nestorio, sean quemados y destinados á completa destrucción, para que de este modo no lleguen á conocimiento de nadie; debiendo sufrir el último suplicio los que se hubieren empeñado en tener ó leer tales escritos ó libros; y que en lo sucesivo nadie tenga licencia para decir ó enseñar alguna cosa fuera de la fé, expuesta, según dijimos, en Nicea y en Efeso.

Dada en Constantinopla á 14 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de ZENÓN y de POSTUMIANO. [448.]

4. El emperador MARCIANO, Augusto, á PALLADIO, Prefecto del Pretorio.—En lo sucesivo, nadie, clérigo ó militar, ó de cualquiera otra condición, intente tratar en público de la fé cristiana, reunidas y oyéndole las turbas, buscando por este medio ocasión de tumulto y de perfidia. Porque infiere injuria á la decisión del reverendísimo sínodo el que intentare revolver y discutir públicamente lo ya juzgado y acertadamente resuelto, como quiera que lo que en la actualidad se halla establecido sobre la fé cristiana, según nuestros mandatos, por los sacerdotes que se congregaron en Calcedonia, se conoce que fué definido de conformidad á las exposiciones apostólicas, y á las decisiones de los trescientos dieciocho santos padres, y de ciento cincuenta en esta régia ciudad. Y no faltará pena contra los infractores de esta ley, porque no sólo van contra la fé verdaderamente expuesta, sino que además profanan ante judíos y paganos con tales disputas los venerandos misterios. Así, pues, si fuere clérigo el que se hubiere atrevido á tratar en público de religión, será removido de la comunidad de los clérigos; si estuviese afecto á la milicia, será despojado del cingulo; y los demás reos de este delito, si fuesen hombres libres, serán expulsados de esta sacratísima ciudad, sometiéndose además por virtud de resolución judicial á las penas correspondientes, y si fueran esclavos, serán condenados á severísimos castigos.

Dada en Constantinopla á 8 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de SPORACIO. [452.]

5. El emperador JUSTINIANO á todos los subditos.—No admitiendo en manera alguna innovación

(1) El texto latino de esta ley, originariamente escrita en griego, fué publicado por primera vez en la ed. del Cód. hecha en Lyon por Hugo de Porta, en 1551. Nuestro texto sigue á Ant. Agust.

(2) Los mms. Vat. Pl. 2. Bg., Ans., ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66. 71. Char. Pac. Sp.; Martianus, ms. Pist. Después de A, añade et consul, el ms. Pl. 1.; Imp. Valentinianus et Marcianus AA., etc. Cont. 62. Bk. Después de A, interpone Valentinianus, Cont. 76. Las actas del conc. Calc. tienen esta inscripción: οἱ βασιλεῖς Φλάβιος Ουαλεντινιανὸς καὶ Φλάβιος Μαρκανός, αἰνέτοι ἀνγοντοῖσι, τοῖς πόλεταις ἡμῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Cont. 62. dice haber leído en otros libros de actas del concilio: Imp. Valentinianus et Marcianus AA. universis populis.

(3) Los mms. Pl. 2. Bg., Ans., ed. Schf.; στρατιώμενοι, Bas.; militaris, los demás.

(4) El ms. Pl. 1., Ans.; et, añaden los demás; ὕβριν γὰρ ποιεῖ, conc. Calc.

(5) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Ans., ed. Schf. Nbg. Cont. 62., Bas.; in Nicaea, añaden Hal. Russ. Cont. 66. y los demás.

(6) Los mms. Pl. 2. Bg., ed. Schf. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66. y los demás; in hac regia urbe, faltan en el ms. Pl. 1., Cont. 62., Bas.; Ans. pone estas palabras después de definita.

(7) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Ans., ed. Schf. Nbg.; noscantur, Hal. y los demás.

(8) Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Nbg.; et, Ans.; autem, Hal. y los demás.

(9) Los mms. Pl. 1. 2. Bg., Ans., ed. Schf.; τοιοῦται, Bas.; huius, ed. Nbg. Hal. y los demás.

(10) iudiciis, Ans.

(11) La indicación de la fecha falta en Hal.; dat. VIII. id. Febr. Constantino, Russ. en el texto; VII. Cal. Februar. Constantinopoli Patritio consule, al margen; dat. VIII. id. Febr. Const. Patr. cons., Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. y Sp., quien á Patritio añade et Richimer, conforme á los libros de la lectura de Gothofr.; dat.—Const. Asporacio et Herculano Cons., Bk.; Dat. VII. Kal. Februa. Const. Asporatio et qui fuerit nunciatus cons., Cont. 62.; D. VIII. K. Febr. Constantino, ms. Pist.; Constantino Sporagio, ms. Pl. 1.; Data VI. Kal. Febr. Const., Sporatio Consule, Baller.

praedicat sancta Dei catholica et apostolica ecclesia, nullo modo innovationem recipiat, nos sequentes sanctorum apostolorum et eorum, qui post eos in sanctis Dei ecclesiis claruerunt, dogmata, iustum fore existimavimus, cunctis manifestum facere, qualiter de fide, quae in nobis est, sentiamus, sequentes traditionem et confessionem sanctae Dei ecclesiae catholicae.

§ 1.—Credentes enim in Patrem et Filium et sanctum Spiritum, unam substantiam in tribus personis, adoramus unam deitatem, unam potestatem, Trinitatem consubstantialem. In ultimis autem diebus confitemur unigenitum Dei filium, Deum de Deo, filium ex Deo, ante saecula et sine tempore ex Patre natum, coaeternum Patri, ex quo omnia et per quem omnia, descendisse de coelis, incarnatum esse ex Spiritu sancto et sancta gloriosa et semper virgine Maria, et hominem factum esse, crucem pertulisse, sepultum fuisse et resurrexisse tertia die; unius et eiusdem miracula et passiones, quas sponte carne sustinuit, agnoscimus. Neque enim alium Deum verbum novimus, alium Christum, sed unum et eundem consubstantialem patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem. Trinitas enim mansit Trinitas etiam post incarnatum unum ex Trinitate Deum verbum; neque enim quartae personae adiectionem recipit sancta Trinitas.

§ 2.—Haec igitur quum ita se habeant, anathematizamus omnem haeresin, praesertim vero Nestorium, hominicolam, dividendum unum dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum, nec diserte et secundum veritatem confidentem sanctam gloriosam semper virginem Mariam Dei genitricem, sed alium esse dicentem Deum verbum ex Deo patre, alium, qui ex sancta semper virgine Maria natus est; hunc autem gratia et coniunctione cum Deo verbo Deum factum esse; nec non anathemate damnamus Eutychem mente captum, phantasiam inducentem et negantem veram ex sancta semper virgine et deipara Maria incarnationem, hoc est nostram salutem, neque confidentem eum per omnia consubstantialem Patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem; simili modo et Apollinarium, animicidam, dicentem, dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum, animae humanae expertem esse, et confusionem seu perturbationem superducentem inhumanationi unigeniti filii Dei, et omnes, qui idem cum eis senserunt vel sentiunt. Si qui enim post hanc nostram praemonitionem, certo et liquido id cognoscentibus et comperientibus locorum episcopis Dei amantissimis, inventi fuerint posthac in contraria opinione esse, nullius indulgentiae expectent veniam; iubemus enim tales tanquam confessos haereticos competentem animadversioni subiici.

Dat.... (1).

6. *Idem Imp. Constantinopolitanis.*—Salvatorum et dominum omnium, Iesum Christum, verum Deum nostrum colentes per omnia, studemus etiam, quatenus potest humana mens id assequi, imitari eius demissionem. Etenim quum quosdam

la recta é irreprehensible fé, que predica la santa iglesia de Dios católica y apostólica, siguiendo nosotros los dogmas de los santos apóstoles y de los que después de ellos brillaron en las santas iglesias de Dios, estimamos que sería justo manifestar á todos de qué manera sentimos respecto á la fé, que profesamos, siguiendo la tradición y la confesión de la santa iglesia católica de Dios.

§ 1.—Creando, pues, en el Padre y el Hijo y el Espíritu Santo, una substancia en tres personas, adoramos una deidad, una potestad, una Trinidad consubstancial. Mas confesamos que en los últimos días el hijo unigénito de Dios, Dios de Dios, hijo de Dios, antes de los siglos y sin tiempo nacido del Padre, coeterno con el Padre, de quien y por quien son todas las cosas, descendió de los cielos, se encarnó por obra del Espíritu Santo y de la santa gloriosa y siempre virgen Maria, y hizo hombre, fué crucificado, y sepultado, y resucitó al tercer día; reconociendo nosotros los milagros de él sólo y la pasión que voluntariamente sufrió en su carne. Y no hemos reconocido, pues, otro Dios verbo, ni otro Cristo, sino al único y mismo consubstancial con el Padre según la divinidad, y consubstancial con nosotros según la humanidad. Pues la Trinidad subsistió Trinidad aún después de encarnado el Dios verbo, una de las personas de la Trinidad; y tampoco la santa Trinidad admite la agregación de una cuarta persona.

§ 2.—Siendo, pues, así estas cosas, anatematizamos toda heregia, y principalmente á Nestorio, hominícola, que divide la naturaleza única de nuestro señor Jesucristo, hijo de Dios y Dios nuestro, y que claramente y según la verdad no confiesa á la santa gloriosa siempre virgen Maria madre de Dios, sino que dice que uno es el Dios verbo nacido de Dios padre, otro el que nació de la santa siempre virgen Maria, pero que éste por la gracia y la conjunción con Dios verbo fué hecho Dios; y también condenamos con anatema al insensato Eutiques, que induce á error y niega la verdadera encarnación operada en la santa siempre virgen y deipara Maria, esto es, nuestra salvación, y que no confiesa que aquel sea en todo consubstancial con el Padre según la divinidad, y consubstancial con nosotros según la humanidad; y de igual modo también á Apolinario, animicida, que dice que nuestro señor Jesucristo, hijo de Dios y Dios nuestro, no tenía alma humana, introduciendo confusión ó perturbación en la humanación del unigénito hijo de Dios, así como también á todos los que con estos opinaron ó creen lo mismo. Si, pues, después de esta advertencia nuestra, conociéndolo y descubriéndolo cierta y positivamente los obispos de cada localidad, amantísimos de Dios, se hubieren encontrado algunas personas que fuesen en lo sucesivo de opinión contraria, no esperen la gracia de ninguna indulgencia; pues mandamos que las tales queden sometidas como hereges confesos á la pena competente.

Dada.....

6. *El mismo emperador á los Constantinopolitanos.*—Siguiendo en todas las cosas al Salvador y Señor de todos, Jesucristo, verdadero Dios nuestro, procuramos también, en cuanto puede alcanzarlo la humana inteligencia, imitar su mansedum-

(1) *Cont. 62. 66. 71. observa que le parece que ha de leerse Dat.... JUSTINIANO A. H. Cons., porque dice Justiniano en el siguiente edicto que al principio de su imperio hizo otro edicto semejante*—El texto latino de esta constitución, escrita

originariamente en griego, fué publicado por primera vez en la *ed. del Cód. hecha en Lyon por Hugo de Porta, en 1551. Nuestro texto sigue á Ant. Agust.*

invenerimus, morbo atque insania detentos impiorum Nestorii et Eutychis, hostium Dei et sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae, nempe qui detrectant sanctam gloriosam semper virginem Mariam deiparam appellare proprie et secundum veritatem, illos festinavimus rectam Christianorum fidem edocere. Hi autem insanabiles, celantes errorem suum, circumeunt, sicut didicimus, simpliciorum animos exturbantes, scandalum eis afferentes et ea dicentes, quae sunt sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae contraria. Necessarium igitur esse putavimus, tam haeticorum mendacia dissipare, quam omnibus insinuare, quomodo sentiat sancta Dei catholica et apostolica ecclesia, et praedicent sanctissimi eius sacerdotes, quos et nos secuti, manifesta facimus ea, quae fidei nostrae sunt, non innovantes fidem, quod absit, sed coarguentes eorum insaniam, qui eadem cum impiis haeticis sentiunt. Quod quidem et nos in nostri imperii primordiis pridem egimus et cunctis fecimus manifestum.

§ 1.—Credimus enim in unum Deum, patrem omnipotentem, et in unum dominum Iesum Christum, filium Dei, et in Spiritum sanctum, unam substantiam in tribus personis adorantes, unam deitatem, unam potestatem, Trinitatem consubstantialem. In ultimis autem diebus confitemur dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum, Dei filium, ex Deo vero Deum verum, ante saecula et sine tempore ex Patre natum, coaeternum Patri, ex quo omnia et per quem omnia, descendisse de coelis, incarnatum de Spiritu sancto et sancta gloriosa et semper virgine Maria, et hominem factum, et passum crucem pro nobis sub Pontio Pilato, et sepultum esse, et resurrexisse tertio die, unius ac eiusdem miracula et cruciatum, quos sponte pertulit in carne, agnoscentes. Non enim alium Deum verbum et alium Christum novimus sed unum et eundem consubstantialem Patri secundum deitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem; ut enim est in divinitate perfectus, ita idem et perfectus est in humanitate. Nam secundum personam unitatem accipimus et confitemur. Trinitas enim mansit Trinitas et post incarnatum unum ex Trinitate Deum verbum; neque enim quartae personae adiectionem admittit sancta Trinitas.

§ 2.—His ita se habentibus, anathematizamus omnem haeresin, praecipue vero Nestorium hominicolam, et qui eadem cum ipso senserunt vel sentiunt, qui dividunt unum dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum, et non confitentur proprie et secundum veritatem sanctam gloriosam et semper virginem Mariam deiparam, hoc est Dei matrem, sed duos filios dicunt, unum ex Patre Deum verbum, alterum ex sancta semper virgine deipara Maria, gratia et nexu et propinquitate, quam cum Deo verbo habet, natum esse; et qui negant, nec confitentur dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum incarnatum et hominem factum et crucifixum, unum esse ex sancta et consubstantiali Trinitate. Ipse enim solus est coadorandus et conglorificandus cum Patre et Spiritu sancto.

§ 3.—Anathematizamus et Eutychem mente captum et qui cum eo senserunt aut sentiunt, qui phantasiam inducunt, negantque veram genera-

bre. Por esto, cuando hubimos encontrado á algunas personas, poseídas de la enfermedad y de la insania de los impíos Nestorio y Eutiques, enemigos de Dios y de la santa católica y apostólica iglesia, quienes ciertamente rehusan llamar propiamente y según es la verdad deipara á la santa gloriosa siempre virgen Maria, nos apresuramos á enseñarles la verdadera fé de los cristianos. Mas estos incurables, ocultando su error, van por todas partes, según hemos sabido, perturbando el ánimo de las personas sencillas, escandalizándolas y diciéndoles cosas que son contrarias á la santa iglesia católica y apostólica. Por esta razón hemos considerado necesario, tanto disipar las falsedades de los hereges, como insinuar á todos de qué modo cree la santa iglesia de Dios católica y apostólica, y predican sus santísimos sacerdotes, y habiéndolos seguido nosotros, manifestamos cuales son los artículos de nuestra fé, no para innovarla, lo que no suceda, sino para combatir la insania de los que creen en estas cosas como los impíos hereges. Lo que ciertamente ejecutamos ha ya tiempo al principio de nuestro imperio, y á todos lo hicimos manifiesto.

§ 1.—Creemos, pues, en un sólo Dios, padre omnipotente, en un sólo señor Jesucristo, hijo de Dios, y en el Espíritu Santo, adorando una sola substancia en tres personas, una deidad, una potestad, una Trinidad consubstantial. Confesamos que en los últimos días nuestro señor Jesucristo, unigénito, hijo de Dios, Dios verdadero de Dios verdadero, nacido del Padre antes de los siglos y sin tiempo, coeterno con el Padre, de quien y por quien son todas las cosas, descendió de los cielos, fué encarnado por obra del Espíritu Santo y de la santa gloriosa y siempre virgen Maria, y se hizo hombre, y sufrió por nosotros el suplicio de la cruz bajo el poder de Poncio Pilatos, y fué sepultado, y resucitó al tercero día, reconociendo nosotros los milagros de él sólo y los tormentos que voluntariamente padeció en su carne. No hemos conocido, pues, otro Dios verbo y otro Cristo más que el único y mismo consubstantial con el Padre según la deidad, y consubstantial con nosotros según la humanidad; de modo que así como es perfecto en la divinidad, así es también perfecto en la humanidad. Porque respecto á la persona aceptamos y confesamos la unidad. Pues la Trinidad subsistió Trinidad aún después de encarnado Dios verbo una de las personas de la Trinidad; y la santa Trinidad no admite la agregación de una cuarta persona.

§ 2.—Siendo así estas cosas, anatematizamos toda heregia, y principalmente al antropólatra Nestorio, y á los que con él opinaron ú opinan las mismas cosas, quienes dividen la naturaleza única de nuestro señor Jesucristo, Hijo de Dios y Dios nuestro, y no confiesau claramente y según es la verdad deipara á la santa gloriosa y siempre virgen Maria, esto es, madre de Dios, sino que dicen que hubo dos hijos, uno, Dios verbo habido del Padre, otro, que nació de la santa siempre virgen deipara Maria, por gracia, conexión y proximidad que tiene con Dios verbo; y los cuales niegan, y no confiesan que nuestro señor Jesucristo, hijo de Dios y Dios nuestro, que se encarnó, se hizo hombre, y fué crucificado, sea una de las personas de la santa y consubstantial Trinidad. Pues este sólo debe ser adorado y glorificado juntamente con el Padre y el Espíritu Santo.

§ 3.—Anatematizamos también al insensato Eutiques y á los que con él opinaron ú opinan, quienes inducen á error, y niegan la verdadera genera-

tionem domini et salvatoris nostri Iesu Christi ex sancta virgine et deipara, hoc est, nostram salutem; et qui non confitentur ipsum consubstantiallem Patri secundum deitatem, et consubstantiallem nobis secundum humanitatem.

§ 4.—Similiter autem anathematizamus et Apollinarium animicidam, et qui cum eo senserunt vel sentiunt, qui dicunt animae humanae expertem esse dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum, et qui confusionem aut conturbationem introducunt in unigeniti Dei filii inhumanationem, et omnes, qui eadem cum iis senserunt aut sentiunt.

Dat. Id. Mart. Constant. Dn. IUSTINIANO. PP. A. III. Cons. [533.](1).

Idem Ephesiis, idem Caesariensibus, idem Cyzicenis, idem Amydenis, Trapezuntiis, Hierosolymitanis, Apameis, Iustinianopolitanis, Theopolitanis, Sebastenis, Tarsensibus, Ancyranis.

7. *Idem Imp. EPIPHANIO, sanctissimo et beatissimo archiepiscopo regiae huius urbis et oecumenico patriarchae.*—Cognoscere volentes tuam sanctitatem omnia quae ad ecclesiasticum spectant statum, necessarium duximus, hisce ad eam uti divinis literis, et per ea manifesta eidem facere, quae perturbata sunt, quanquam et illa eandem scire sumus persuasi. Quum enim comperissemus quosdam alienos a sancta catholica et apostolica ecclesia impiorum Nestorii et Eutychis secutos deceptionem, divinum promulgavimus edictum, quod et tua novit sanctitas, per quod haereticorum insaniam refutavimus, ita ut nullo modo immutaverimus, immutemus, aut praetergressi simus eum, qui nunc iuvante Deo est, ecclesiasticum statum, quemadmodum et tua novit sanctitas, sed in omnibus servato statu unionis sanctissimarum ecclesiarum cum sanctissimo papa veteris Romae et patriarcha, ad quem similia perscripsimus. Neque enim patimur, ut quicquam eorum, quae ad ecclesiasticum spectant statum, non etiam ad eius referatur beatitudinem, quum sit caput omnium sanctissimorum Dei sacerdotum, et quia, quoties in illis locis haeretici exstiterunt, sententia et recto iudicio illius venerabilis sedis coerciti sunt. Ideoque ex praesentibus divinis nostris literis cognoscet tua sanctitas, quae a nobis proposita sunt, ut, qui prave intelligere vel interpretari tentaverint, quae in edicto recte a nobis dicta sunt, hisce divinis refutentur nostris literis.

§ 1.—Pauci quidam infideles et alieni a sancta Dei catholica et apostolica ecclesia contradicere iudaice ausi sunt adversus ea, quae ab omnibus sacerdotibus recte observantur, probantur et praedicantur, negantes dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum filium Dei et Deum nostrum, incarnatum ex Spiritu sancto et sancta gloriosa semper virgine et Dei genitrice Maria, et hominem factum et crucifixum, unum esse sanctae et consubstantialis Trinitatis, et coadorandum et

ción de nuestro señor y salvador Jesucristo de la santa y deipara virgen, esto es, nuestra salvación; y los cuales no confiesan que él mismo sea consubstancial con el Padre según la deidad, y consubstancial con nosotros según la humanidad.

§ 4.—Y de igual modo anatematizamos también al animicida Apolinario, y á los que con él opinaron ú opinan, quienes dicen que nuestro señor Jesucristo, hijo de Dios y Dios nuestro, no tenía alma humana, y los cuales introducen confusión ó perturbación en la humanación del unigénito hijo de Dios, así como también á todos los que con estos opinaron ó creen lo mismo.

Dada en Constantinopla los Idus de Marzo, bajo el tercer consulado del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo. [533.]

Esto mismo se notificó á los Efesios, á los Cesarienses, á los Cizicenos, á los Amidenos, á los de Trebizonda, á los Hierosolimitanos, á los Apameos, á los Justinianopolitanos, á los Teopolitanos, á los Sebastenos, á los Tarsenses, y á los Anciranos.

7. *El mismo emperador á EPIFANIO, santísimo y beatísimo arzobispo de esta régia ciudad y patriarca ecuménico.*—Queriendo nosotros que tu santidad conozca cuanto respecta al estado eclesiástico, hemos creído necesario dirigirnos á ella con estas divinas letras, y por este medio ponerle de manifiesto las perturbaciones que existen, aunque estamos persuadidos de que también las conoce. Pues como hubiésemos averiguado que algunos separados de la santa iglesia católica y apostólica habían seguido el error de los impíos Nestorio y Eutiques, promulgamos un divino edicto, del que también tuvo conocimiento tu santidad, por el cual refrenamos la insania de los hereges, sin que en manera alguna hayamos alterado, alteremos, ó hayamos quebrantado el estado eclesiástico que con el favor de Dios existe en la actualidad, según también supo tu santidad, antes bien, habiendo conservado en todas cosas el estado de unión de las santísimas iglesias con el santísimo papa y patriarca de la antigua Roma, á quien dirigimos análogas letras. Pues no toleramos que nada de lo que respecta al estado eclesiástico no sea también comunicado á su beatitud, siendo cabeza de todos los santísimos sacerdotes de Dios, y como quiera que siempre que en aquellos lugares existieron hereges, fueron refrenados por sentencia y recto juicio de la venerable sede de él. Por tanto, por las presentes divinas letras nuestras conocerá tu santidad lo que por nosotros se ha dispuesto, á fin de que los que hubieren intentado entender ó interpretar malamente lo que por nosotros se dijo rectamente en un edicto, queden corregidos por estas nuestras divinas letras.

§ 1.—Algunos pocos infieles y separados de la santa iglesia de Dios católica y apostólica se han atrevido á contradecir judaicamente las creencias que justamente se observan, aprueban y predicán por todos los sacerdotes, negando que nuestro señor Jesucristo, unigénito hijo de Dios y Dios nuestro, encarnado por obra del Espíritu Santo y de la santa gloriosa siempre virgen y madre de Dios, Maria, hecho hombre y crucificado, es una de las personas de la santa y consubstancial Trinidad, y

(1) El texto latino de esta constitución, escrita originalmente en griego, se publicó por primera vez en la edición

del Código hecha en Lyon en 1551 por Hugo de Porta. Nuestro texto sigue á Ant. Agust. (Coll. p. 8.)

conglorificandum Patri et sancto Spiritui, consubstantiali Patri secundum deitatem, et consubstantiali nobis eundem secundum humanitatem, passibilem carne, eundem impassibilem deitate. Recusantes autem dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum filium Dei et Deum nostrum, fateri unum esse sanctae et consubstantialis Trinitatis, manifeste deprehenduntur impii Nestorii sequi pravam doctrinam, secundum gratiam eum dicentes filium Dei, et alium Deum verbum, et alium Christum dicentes; quos anathemate damnamus, eorum etiam dogmata et eos, qui eadem cum ipsis senserunt aut sentiunt, ut alienos a sancta Dei catholica et apostolica ecclesia.

§ 2.—Omnes enim sacerdotes sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae et reverendissimi sacrorum monasteriorum archimandritae, sequentes sanctorum patrum traditionem, quique nihil omnino immutarunt vel immutant ex recepto hactenus ecclesiastico statu, unanimiter fatentur, et cum gloria praedicant dominum nostrum Iesum Christum unigenitum filium Dei esse Deumque nostrum, ante secula et sine tempore ex patre genitum, et novissimis diebus descendisse de coelis, et incarnatum ex Spiritu sancto et sancta gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, et hominem factum et crucifixum, unum esse sanctae et consubstantialis Trinitatis. Consubstantiali enim ipsum scimus Patri secundum deitatem, et consubstantiali nobis eundem secundum humanitatem, passibilem carne, eundem impassibilem deitate. Quemadmodum enim est in deitate perfectus, sic idem in humanitate perfectus; namque eam, quae est secundum personam, unionem amplectimur et confitemur. Quoniam igitur unigenitus filius verbum Dei, ante saecula et sine tempore ex patre genitus, in ultimis diebus descendit de coelis, et incarnatus ex Spiritu sancto et sancta gloriosa et Dei genitrice Maria, et homo factus, dominus noster Iesus Christus proprie et vere Deus est, propterea etiam sanctam semper virginem Mariam proprie et vere matrem Dei dicimus; non quod Deus verbum principium ex ipsa sumsit, sed quia in novissimis diebus descendit de coelis, et ex ipsa incarnatus, natus et homo factus est, quem confitemur, quemadmodum dictum est, consubstantiali Patri secundum divinitatem, et consubstantiali eundem nobis secundum humanitatem, eiusdem miracula et passiones, quas ultro sustinuit carne, agnoscetes.

§ 3.—Haec igitur sunt, in quibus per divinum nostrum edictum haereticos redarguimus, cui divino edicto omnes hic reperti sanctissimi episcopi et reverendissimi archimandritae cum tua sanctitate subscripserunt.

§ 4.—Nam sequimur in omnibus sancta quatuor concilia, et quae ab unoquoque eorum constituta sunt, scilicet Nicaenum CCCXVIII, et huius regiae urbis CL patrum, et Ephesinum prius, et Chalcedonense, quum sit manifestum, nos regulam fidei una nobiscum omnibus fidelibus sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae traditam, hoc est sanctam formulam seu symbolum tenere et custodire, a CCCXVIII sanctis patribus expositam, quam et in hac regia urbe CL sancti patres aperitius exposuerunt; non quod mancum esset prius, sed quoniam veritatis hostes partim subvertere coeperant sancti Spiritus deitatem, partim ex sancta

debe ser adorado y glorificado juntamente con el Padre y el Espíritu Santo, siendo consubstancial con el Padre según la deidad, y consubstancial él mismo con nosotros según la humanidad, pasible en la carne, é impassible él mismo en la deidad. Mas rehusando confesar que nuestro señor Jesucristo, unigénito hijo de Dios y Dios nuestro, es una de las personas de la santa y consubstancial Trinidad, se vé claramente que siguen la depravada doctrina del impío Nestorio, diciendo que es hijo de Dios según la gracia, y afirmando que uno es el Dios verbo, y otro Cristo; á los cuales los condenamos con anatema, así como también sus dogmas, y á los que con ellos opinaron ú opinan lo mismo, como separados de la santa católica y apostólica iglesia de Dios.

§ 2.—Todos los sacerdotes de la santa católica y apostólica iglesia y los reverendísimos archimandritas de los sagrados monasterios, siguiendo la tradición de los santos padres, y los que nada absolutamente alteraron ó alteran en el estado eclesiástico hasta ahora reconocido, confiesan unánimemente, y predicán con gloria que nuestro señor Jesucristo es hijo unigénito de Dios y Dios nuestro, engendrado del padre antes de los siglos y sin tiempo, y que en los últimos días descendió de los cielos; y que encarnado por obra del Espíritu Santo y de la santa gloriosa siempre virgen madre de Dios, María, y hecho hombre y crucificado, es una de las personas de la santa y consubstancial Trinidad. Y sabemos que es él consubstancial con el Padre según la deidad, y consubstancial con nosotros según la humanidad, pasible en la carne, é impassible en la deidad. Y de la misma manera que es perfecto en deidad, es también perfecto en humanidad; porque reconocemos y confesamos la unión que hay en la persona. Y porque el hijo unigénito verbo de Dios, nacido del Padre antes de los siglos y sin tiempo, descendió de los cielos en los últimos días, y encarnado por obra del Espíritu Santo y de la santa gloriosa y madre de Dios, María, y hecho hombre, nuestro señor Jesucristo es propia y verdaderamente Dios, por eso decimos también que la santa siempre virgen María es propia y verdaderamente madre de Dios; no porque Dios verbo tomó en ella principio, sino porque en los últimos días descendió de los cielos, y encarnado en ella, nació y se hizo hombre, á quien confesamos, conforme se ha dicho, consubstancial con el Padre según la divinidad, y él mismo consubstancial con nosotros según la humanidad, reconociendo los milagros del mismo y la pasión que voluntariamente sufrió en la carne.

§ 3.—Estos son, pues, los puntos respecto de los que redarguimos á los hereges con nuestro divino edicto, cuyo divino edicto subscribieron juntamente con tu santidad todos los santísimos obispos y reverendísimos archimandritas aquí congregados.

§ 4.—Porque seguimos en todo á los cuatro santos concilios, y lo establecido por cada uno de ellos, á saber, el de Nicea de trescientos dieciocho padres, el de esta régia ciudad de ciento cincuenta, el primero de Efeso, y el de Calcedonia, siendo notorio que sostenemos y custodiamos la regla de fé juntamente con nosotros enseñada á todos los fieles de la santa iglesia católica y apostólica, esto es, la santa fórmula, ó símbolo, expuesta por los trescientos dieciocho padres, y que también expusieron más claramente en esta régia ciudad los ciento cincuenta santos padres; no porque fuese defectuoso el primer símbolo, sino porque los enemigos

semper virgine Maria, Dei genitrice, veram incarnationem Dei verbi negaverant; qua de causa scriptis testimoniis idem symbolum supradicti CL sancti patres apertius exposuerunt. Idem et aliae omnes sanctae synodi, id est Ephesina prior et Chalcedonensis, eandem fidem sequentes susceperunt et custodierunt, sanctam gloriosam semper virginem Mariam, Dei genitricem praedicarunt, et non ita confitentes anathemate damnavunt. Similiter anathematizarunt eos, qui aliud symbolum, aliamve sanctam formulam traderent, praeter eam, quae a CCCXVIII sanctis patribus exposita esset, explicata autem et corroborata a CL sanctis patribus in hac regia urbe congregatis. Et Ephesina quidem prior synodus impium Nestorium et eius dogma sustulit et anathematizavit; item eos, qui cum eo senserunt vel sentiunt, et qui consenserunt ei vel consentiunt. Chalcedonense vero sanctum concilium profligavit et eiecit e sanctis Dei ecclesiis et anathemate damnavit impium Eutychem eiusque dogmata, et qui eadem cum illo senserunt vel sentiunt, et qui consenserunt eidem vel consentiunt; et omnes haereticos eorumque dogmata, et qui cum illis senserunt vel sentiunt anathemate damnavit. Pariter anathematizavit Nestorium eiusque dogmata et eos, qui cum eo senserunt vel sentiunt, et qui consenserunt eidem vel consentiunt. Chalcedonense idem sanctum concilium magni Procli ad Armenios conscriptam epistolam, quod oporteat dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum, dicere unum ex sancta Trinitate, sua relatione suscepit et confirmavit. Quae supradicta quatuor sancta concilia si negligimus, aut ea, quae ab iis constituta sunt, daremus licentiam haereticis per illa damnatis eorumque dogmatibus, suam pestem rursus in sanctis Dei ecclesiis ostendere. Hoc autem quum nondum factum sit, ne unquam contingat, quia dicta quatuor concilia suis dogmatibus haereticos eorumque dogmata expulerunt. Et si quis ab uno supradictorum sanctorum conciliorum dissentiat, palam est, eum amplecti dogmata a sanctis illis patribus expulsa et anathemate damnata.

§ 5.—Nemo itaque frustra nos turbet, spe vana innixus, nos adversus illa quatuor concilia aliquid fecisse vel esse facturos vel ab aliquo fieri permisos, vel sanctam illarum quatuor sacrarum synodorum memoriam ex ecclesiae tabulis auferri passuros. Omnes enim, qui ab iis profligati et anathemate damnati sunt, et profligatorum opiniones, cosque, qui eadem ac ipsi senserunt aut sentiunt, anathemate damnavimus.

§ 6.—Itaque bene precetur nobis et nostro imperio beatitas tua, et omnes de nostra intentione et nostro erga sinceram fidem studio edoceat et certiores faciat.

Dat. VII. Kal. Apr. CP. DN. IUSTINIANO PP. A. III. Cons. (1). [533.]

8. (2) *Gloriosissimo et clementissimo filio Iu-*

(1) La indicación de la fecha, publicada por primera vez por Agustín, fue admitida íntegra por los demás.

(2) Epistola Ioannis Archiepiscopi et sanctissimi Patriar-

de la verdad habían comenzado unos á combatir la deidad de Espíritu Santo, y habían negado otros la verdadera encarnación de Dios verbo en la santa siempre virgen María, madre de Dios; por cuya causa, consignados por escrito los testimonios, los mencionados ciento cincuenta santos padres expusieron más claramente el mismo símbolo. Observando la misma fe, aceptaron y defendieron también el mismo símbolo todos los demás santos sinodos, esto es, el primero de Efeso, y el Chalcedonense, predicaron que la santa gloriosa siempre virgen María es madre de Dios, y condenaron con anatema á los que así no lo confesaran. De igual modo anatematizaron á los que enseñaren otro símbolo ú otra santa fórmula diferente de la que había sido expuesta por los trescientos dieciocho santos padres, y explicada y corroborada por los ciento cincuenta santos padres congregados en esta régia ciudad. Y el primer sínodo de Efeso juzgó y anatematizó al impío Nestorio y su dogma; como también á los que con él pensaron ó piensan, y con él convinieron ó convienen. Y el santo concilio Chalcedonense combatió y expulsó de las santas iglesias de Dios, y condenó con anatema, al impío Eutiques y su dogma, y á los que con él pensaron ó piensan las mismas cosas, y en ellas convinieron ó convienen con él; y anatematizó igualmente á todos los hereges y sus dogmas, y á los que con ellos pensaron ó piensan. De igual modo anatematizó á Nestorio y sus dogmas, y á los que con él pensaron ó piensan, y con él convinieron ó convienen. El mismo santo concilio Chalcedonense aceptó y confirmó en sus actas la epistola del gran Proclo escrita á los Armenios, porque conviene se diga que nuestro señor Jesucristo, hijo de Dios y Dios nuestro, es una de las personas de la santa Trinidad. Si desatendemos la observancia de los cuatro mencionados santos concilios, ó de lo establecido por ellos, daremos licencia á los hereges y sus dogmas, condenados por ellos, para infestar nuevamente las santas iglesias de Dios. Mas esto, no habiendo hasta ahora sucedido, no acontezca jamás, ya que dichos cuatro concilios expulsaron mediante sus definiciones dogmáticas á los hereges y sus dogmas. Y si alguien disintiese de uno de los susodichos santos concilios, es evidente que abraza los dogmas rechazados y anatematizados por aquellos santos padres.

§ 5.—Así, pues, nadie nos moleste inútilmente, abrigando la vana esperanza de que hayamos hecho, ó de que hayamos de hacer algo contra dichos cuatro concilios, ó de que hayamos de permitir que por alguien se haga, ó de tolerar que se borre la santa memoria de aquellos cuatro sagrados sinodos de los registros de la iglesia. Condenamos, pues, con anatema á todos los que por ellos fueron combatidos y anatematizados, las opiniones de los combatidos, y á los que con ellos pensaron ó piensan las mismas cosas.

